





Michael

Wendelinus



1638.

1. Vickern, Johann Michael: *Decennoribus.*
2. Vickern, Johann Michael: *Te rotu naphiarum.*
3. Vickern, Johann Michael: *Phalogenata.*
4. Fibiger, Gregorius: *De homicidio.*
- 5<sup>o</sup> et Fibiger, Gregorius: *De iure venandi; aquarum  
et piscandi.* 2 Sept. 1638 - 1756
- 6<sup>o</sup> et Tommaso, Ortolanus: *De principum imperio iure.*  
- 2 Sept. 1638 - 1698.
7. Brueckner, Zacharias: *Anastomae controversae ex  
iure penitentia scriptae.*
- 8<sup>o</sup> et Brueckner, Zacharias: *Venatio ac non computaciones  
partium.*
9. Brueckner, Zacharias: *De partis*
10. Brueckner, Zacharias: *De purgatione Paoniam  
et vulgaris.*
11. Brueckner, Zacharias: *De iure retractis*

1638.

12. Richterius, Christophorus Philippus : *Recensia gemina  
quæstiōnū*
13. Richterius, Christophorus Philippus : *To solutiōne, decretū  
et auctoritate*
14. Theronianus, Petrus : *Dalia iuridica*
15. Ungeparus, Iosephus : *De reumis reatis pētitione  
et p. 2 P. de his, qui vni. act. impetr.*
- 16<sup>17</sup>. Ungeparus, Iosephus : *De regalibus. 2 Exempl.*
17. Ungeparus, Iosephus : *To adiecto*
- 18<sup>19</sup>. Ungeparus, Iosephus : *De jure dōtōrum. 2 Exempl.  
1638 & 1724.*
- 19<sup>20</sup>. Ungeparus, Iosephus : *To donatione. 2 Exempl.*





17816

16

DISSERTATIONEM IURIS PUBLICI,

DE

# IVRE VENANDI, AVCVPANDI ET PISCANDI,

GERMANIS:

Von Wild= Vogel= Fischfang= und Forst= Rechten,  
auch wie man und wer sich dessen anzumassen befugt.




P R A E S I D E

GOTHOFREDO FIBIGIO,  
APVD IENENSES ANTEHAC ICTO CELEBERRIMO,

D. XVI. AVG. CIO IO C XXXVIII.

H A B V I T

GOD OFREDVS SCHEFFER,  
GORLICIVS.



I E N A E,  
EX OFFICINA HELLERIANA, 1756.

VARIA VENNDI

VAGINIS ET

GOTHICUM TRIGIO

МАТТАЯ СЕМЕЙСКОГО

ЛЮБИМОВА



I. N. D. N. I. C.

D E

IVRE VENANDI, PISCANDI  
ET AVCVPANDI.  
PROOEMIVM.



um ea, quæ frequenter in foro  
contingunt, multorumque cen-  
suriſ ſubjacent, ſepiuſque exa-  
minanda ſint, ſecundum J.C.  
Paulini l. 25. ff. d. Liberat. legat.  
baud poſtremum, autumavi-  
mus, obtinere locum materiam de Venationibus.  
Namquod Ulpianus in l. 1. f. d. reſtit. in integr. dixit,

A 2

id

*id optimo jure huic Venationum materiae præscribitur. Utilitatem hujus materiae non negere commendatione, cum ipsa se ostendat, imo satis, etiam nobis tacentibus, ex ipsis controversiis infinitis, quæ inter Magnates quotidie existunt, videre sit. Hanc itaque materiam paucissimis agere, atque disquisitioni tradere constituimus. Faxit DEVS, ut ipsi gloriosum, nobis fructuosum eveniat.*

## §. I.

 Quanquam varii sint modi acquirendi rerum dominia, quæ ex Jure Civili, Gentium ac Naturali descendunt, nos tamen relictis civilibus, hac vice saltem de iis agemus, quæ ex Jure Naturali seu Gentium originem traxerunt, videlicet de Occupatione, in specie sic diæta, sive Venatione, qua omnia animalia, quæ mari, cœlo & terra nascuntur, & quæ libere hinc inde vagantur, (feræ nimirum pisces & volucres) sunt capientium, §. 12. I. de rer. divis. l. 1. §. 1. l. 3. ff. d. acquir. rer. dom.

§. II. Ne autem quid antiquitatis ignoratur, §. 1. I. d. testam. ordinand. Originem Venationis longe vetustissimam esse, & ab initio mundi omni-

omnibus hominibus indistincte voce divina confessam esse, apparet Gen. I. 26. & 28. Gen. IX. 2. Levit. XVII. 13. Psalm. VIII. 8. & 9. Paul. 1. Cor. XV. 27. ubi omne id, quod ad usum victus & vestitus datum est nobis, capi conceditur, jam vero feræ & omnia animalia ideo nobis data sunt, capi autem sine venationibus minime possunt. Cui consonat Jus Saxon. Landrecht lib. 2. art. 61.

§. III. Capiuntur autem non tantum de jure Naturali, verum & Gentium, bestiæ, volucres & pisces, quæ mari, cœlo, & terra nascuntur, Venatione, Piscatione & Aucupio, & statim illius esse incipiunt, qui ea animalia occupat. Quod enim nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. d. §. 12. I. de rer. divis. l. 1. §. 1. l. 3. ff. d. acquir. rer. dom.

§. IV. Quemadmodum aëre ejusque ulus communis est, l. 2. §. fin. ff. ne quid in loc. publ. §. 1. I. de rer. divis. ita tanquam communis perpetuo in totum occupari non potest, §. 3. ubi Bald. d. rer. divis. Unde si quis aëte uti prohibuerit, actione injuriarum tenetur, d. l. 2. §. fin. ff. ne quid in loc. publ. Ex quo lequitur, quod aves, quæ sunt in arbore, quæ dici possunt esse in aëre, & volucres, quæ in cœlo nascuntur, ita animalia ubicunque sint, natu-

iali ratione capientium fiant, nisi expresse reperiatur prohibitum. *Heig. q. 15. n. 17.*

§. V. Licet occupatio vel Venatio in gene-re considerata, tres sub se contineat species secun-dum illam animalium differentiam, pr. I. a. J. N. G. & C. aucupium videlicet, punctionem & ve-na-tionem, *Treutl. vol. 2. disp. 20. tbes. Arum. vol. 3. discurs. 19. tb. 9.* tamen non inquam pro uno eq-demque ponitur, l. 9. §. 5. ff. d. usi fruct. c. 1. §. ne-moretia, de pac. tenend. & ejus violator. *Georg. Mor. d. jur. Venand. c. 1. n. 16.* *V Vesenb. in parat. ff. d. ac-quir. rer. dom. num. 7.*

§. VI. Et hæc in genere de Venationibus dicta latis sunto; sequitur, ut ordine de Venatio-num singulis speciebus tractemus, videantur §§. 2. 12. & 14. I. d. rer. divis. Et hujus rei tria mem-bra faciemus. Sit itaque

## I. M E M B R U M DE V E N A T I O N I B V S.

§. VII.

**A**c principio quidem quatuor species hujus Ve-nationis passim à DD. recensentur. Qua-  
dam

dam enim I. Oppressiva hominum dicitur *Michæl VII. 2. Jer. XVI. 16. Psalm. XCI. 3.* quo sensu etiam Nimrodus robustus Venator dicitur, *Gen. X. 9. i. e. hominum*, quos ad turrim ædificandam allexit, oppressor & extinxtor, c. non est. 2. distinct. 6. in fin. gl. in c. qui *Venatoribus. dist. 88. Bodin. 1. de Prop. 6. pag. 72. Dan. Otto de jur. publ. c. 1. pag. 7. Sebast. Med. d. venat. tr. 1. q. 9. num. 2. Georg. Mor. p. 1. c. 1. num. 5.*

§. VIII. II. Quædam Bestiaria nominatur sive arenaria, ut quando quis locata ad hoc opera cum bestiis depugnaturus in arenam prodit, l. i. §. 6. vers. qui *Et operas. ff. de postuland. Novell. 105. c. 2. Idem Arum. tb. 3.*

§. IX. III. Quædam Adulatoria appellatur, qua quis verbis blandis & mellitis alium, veluti inelatum defraudat. Quo sensu laudem venari & aucupari dixit, *Cic. ad Herenn. pro Client. Georg. Mor. tract. de Venat. p. 1. c. 1. n. 7. Et seqq.*

§. X. IV. Quædam denique saltuosa & clamorosa, quæ sit in saltibus cum canibus ut loquuntur, & clamore, unde venatio saltuosa & clamorosa vulgo appellatur.

§. XI. Nos omissis cæteris speciebus, de hac quarta, quæ est ferarum, quæ sit in saltibus cum canibus, agemus.

§. XII.

§. XII. Habentur quidem variæ Venatio-  
nis descriptiones, ut videri poterit Sebæst. Med. in  
tract. d. Venat. p. 1. q. 1. num. 1. Georg. Mor. d. l. n.  
10. Vultej. in I. R. lib. 1. c. 70. Pruckmann. de Regal.  
§. venatio. c. 2. n. 1. nos tamen tales amplectimur :  
Quod sit facultas libera occupandarum ferarum in  
nullius Dominio existentium Jure Divino, Gen-  
tium & Civilibus permitta, c. 1. Genes. v. 1. § 3. l.  
14. ff. d. acquir. rer. dom. l. 28. ff. d. usur. l. unic. C.  
d. venat. ferar. lib. 11. Harpr. ad §. 13. I. d. rcr. divis.  
n. 11. Et quæ à vento vel venis derivatur secun-  
dum Varron. l. 4. Pontan. lib. 3. pro gymn. part. 2.  
coll. 77. de quibus & aliis hujus voculæ significati-  
bus Lexicographi.

§. XIII. Ad illustrandam definitionem ex-  
aminare, cur Juris Civilis sit, invenustum non erit.  
Propterea enim Juris Civilis sit mentio. Quia  
constat ius alicui venandi interdum ex constitutio-  
nibus, vel statuto, nonnunquam ex consuetudine  
& præscriptione aliquando competere. arg. l. 13. §.  
ult. ff. d. injur. l. unic. C. de venat. ferar. At consti-  
tutio & consuetudo l. 32 ff. d. LL. & præscriptio, l. 1.  
ff. d. usurap. & privilegium, l. 16. ff. d. LL. Juris Ci-  
vilis censentur. Proinde jus venandi, isti modis  
quæsum, non immerito Juris Civilis esse censetur.

§. XIV.

§. XIV. Bestiæ appellatione proprie & nisi  
communi loquendi usu aliud introductum sit, fera  
tantum animalia continentur, nec animalia man-  
suetæ & domestica, Sebaſt. Med. in tract. de Venat.  
in pr. n. 17. & seqq. Georg. Mor. id. part. 1. num. 20.  
Pruckmann. de Regal. §. Venatio. c. 2. n. 14. Arum.  
discurs. Academ. jur. publ. 19. vol. 3. th. 166.

§. XV. Occurrit hic quæstio: An nimirum in genere Venatio licita sit? Ubi in hac plura sunt consideranda jura. Nam si inspiciatur jus Gentium, utique reperitur absolute venationem esse licitam, §. 12. I. d. rer. divis. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. d. acquir. rer. dom. De Jure Civili dilponit in l. u. nica. C. d. Venat. ferar.

§. XVI. De Jure Gentium nullum dubium  
est, siquidem ab initio Dominium ferarum non  
tantum Principibus DEVIS, sed universo hominum  
generi subjecit, rerumque à se creatarum usum o-  
mnibus communem & licitum esse voluit *Genes. I.*  
19. quod & Aristoteles asserit: Plantæ, ait, sunt a-  
nimatum gratia, cætera omnia animalia homi-  
num cœla, mansuetæ quidem propter utilitatem  
& cibum, feræ vero propter cibum & alia adjumen-  
ta, ut & vestis & cætera instrumenta ex iis fiant.

coelo, & terra nascuntur, atque ab alio capta fuerint. Jure Gentium illius statim esse incipiunt dd. II.

§. XVIII. Quod tamen locum non obtinet in iis animalibus, quæ naturæ mansveta sunt, ubi cunque enim sunt, Domini sunt, ut gallinæ & anseres, §. 16. I. d. rer. divis. ideoque occupantis non sunt, hæc vero, si quis alias lucrandi animo accepit, neque Domino restituere voluerit, tam furti, quam actione ad exhibendum tenetur, §. 16. I. d. rer. divis. l. 3. §. fin. l. 5. §. 1. l. 6. cum similib. ff. ad exhibend. junct. a. l. 5. §. 6. ff. d. acquir. rer. dom. l. 37. ff. d. furt. Pruckmann. d. Regal. §. venatio. c. 2. n. 23.

§. XIX. In animalibus vero, quæ natura quidem fera sunt, sed ex accidenti mansveta facta sint, talis comprobata ast Regula. Ut tum demum fiant occupantis, si in libertatem naturalem se receperint, redeundique conservudinem abjecerint, §. 17. I. de rer. divis. Isthæc autem redeundi consuetudo quando desierit vel non, cum in mero facto consistat, ideoque hoc judicis arbitrio relinquendum, qui ex certis notis vel signis proratione circumstantiarum dijudicet, quando vel duret vel deserit. Pruckmann. de Regal. §. venatio. c. 2. n. 25.

§. XX. Venatio autem adeo libera est, ut in suo solo indistincte institui possit, in alieno vero tunc,

tunc, si Dominus non prohibeat, intrare aliquem fundum alienum, l. 3. §. 1. ff. d. A. R. D. cum admodum iniquum vel durum sit cuiuslibet libidini patere secreta possessionum.

§. XXI. Quod si neglecta Domini prohibitione, fundum alienum ingressus fuerit, si quæ cœperit animalia, sicut ejus jure occupationis, non Domini, §. 13. I. d. rer. divis. l. 3. ff. d. A. R. D. licet fera in alterius agro sublederit, nihilominus manet nullius, quod autem nullius, id sic occupamus iure, ut in eo nihil alteri detrahamus, Dominus vero adversus talēm ingredientem intentare potest actionem injuriæ, l. 13. §. 7. Et fin. d. injur. Arnis. l. 3. cap. 4. num. 1.

§. XXII. Fallit hoc jus I. nisi fructus fundi ex venatione constent, aut prohibitio auctoritate vel sententia Judicis facta sit, Arg. l. 7. §. 5. ff. pro Empt. l. 6. ff. d. V. O. Tunc enim prædam Domino fundi restituendam recte putant Pruckmann. d. §. venatio. c. 6. n. 25. Seb. Medic. p. 1. q. 7. n. 11. Sixtin. d. Regal. n. 2. c. 18. n. 25. Arniseus d. jur. Majest. l. 3. c. 4. n. 1. in fin.

§. XXIII. Nisi II. Dominus Venatorem ante prohibuerit, quam fundum ingredetur. Nam si post ingressum prohibitus fuerit actionis

B 2 inju-

injuriarum, non erit. Pruckmann. in d. §. venatio. d. Regal. num. 27. Hoc tamen non negatur, si fundo damnum dederit, fructusve lacerit, quin injuriarum aut L. Aquilæ actione conveniri possit, l. 23. §. fin. in fin. ff. d. injur. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. gl. ad l. 16. ff. d. S. P. R. arg. l. 25. ff. d. act. empt. Sixtin. d. Regal. l. 2. c. 18. n. 25.

§. XXIV. Nisi III. armata manu à Domino prohibitus fuerit, ne fundum suum ingrediatur, arg. l. 29. §. 1. vers. alius. ff. ad L. Aquil. gloss. in l. 3. §. 1. vers. plane. ff. d. A. R. D. Pruckmann. d. l. n. 28.

§. XXV. Nisi IV. aliud consuetudine receptum fuerit. Dubium enim nullum est, quin consuetudine introduci possit, ut fera in alieno capta, capienti non acquiratur, §. 8. §. 9. I. d. J. N. G. & C. Jacob. d. S. Georg. ver. & cum venatio. n. 3.

§. XXVI. Si autem Venator spreta Domini prohibitione, agrum sylvamque ejus intrat, motusque, ut exiret, nihilominus in ea constituit, hoc casu propria auctoritate vi expelli potest, per l. 11. l. 27. ff. d. vi & vi armata. l. 3. ff. d. justit. & jur. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Dominus tamen fundi, venatorem dum in actu venationis est, capere vel detinere nullo potest. Quoniam privata captura & incarceratio illicita est, tot. tit. C. d. privat. carc. inhib.

bib. tot. tit. C. ne quis in sua causa jud. Novell. 134.

cap. 7.

§. XXVII. Et quanquam contra Domini voluntatem & prohibitionem ingressus fuerit fundum, ad feras captas nihil vel eorundem aestimationem teneatur; cum tamen ad damni per ingressum istum Domino fundi quounque modo illati, emendationem obligatum esse aequitati & justitiae consensum est, tot. tit. ff. & C. ad L. Aquil. In cuius damni illatione habetur ratio animalium, quæ Dominus capere potuisset, si prohibitus ingressu abstinuisset. Quod tamen verum non aliter putaverimus, nisi venatio adeo certa sit & fertilis, ut fallere non possit.

§. XXVIII. Atque hæc de locis privatis. In publicis si quis feris operam navantem prohibuerit, injuriarum actionem sustinet, preall. l. 43. §. 3. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loc. publ. l. 7. ff. d. divers. & temporal. præscript. VVesenb. in paratit. ff. d. A. R. D. n. 7. nisi post factam prohibitionem & alterius patientiam jus illud præscriptione sibi acquisierit, ut ipsi soli in eo loco venariliceat, arg. l. 7. ff. d. divers. & temporal. præscript.

§. XXIX. Hæc tenus quæ dicta, eo modo vera sunt, quando revera fera capta & in custodia

B 3 occu-

occupantis est, non vero, quando spes est captum  
iri.

§. XXX. Itaque rejecta Trebatii & alio-  
rum sententia recte pro vilum est, bestiam ab ali-  
quo lethaliter vulneratam, & cassibus & laqueis  
ejus irretitam, non prius tamen eam illi acquiri,  
quam si prorsus nullo modo se extricare poterit, /.  
ss. ff. d. A. R. D. vel si eam ipse aut canes sui appre-  
henderint, vel vinculis exemerit, §. 12. & 13. I. d. R.  
D. l. s. §. 1. ff. d. A. R. D. VVesenb. in d. §. 13. n. 1. Se-  
bast. Med. in tract. d. Venat. p. 1. q. 7. num. 6. Georg.  
Mor. q. 1. c. 8. n. 13. & seqq. alias enim multa accide-  
re possunt, ut si non capiatur, d. l. s. §. 2. in fin. ff. d. t.

§. XXXI. Quanquam de Jure Civili hæc  
opinio recepta fuit, hodiernis tamen moribus illa  
ipsa opinio inter Venatores aliquibus in locis ita  
oblivivatur: ut, quamvis à me vulnerata, nondum  
vero mea sit, quia nondum occupata, non tamen  
licitum est eam alteri eripere, eamque persequen-  
tem invidiose anteverttere, Gloss. in l. s. §. 1. ff. d. A.  
R. D. Pruckmann. d. Regal. in d. §. venatio. c. 2. n. 26.  
& seqq. Georg Mor. in tract. de jure venandi p. 1. c.  
8. n. 5. & plur. seqq.

§. XXXII. Atque hæc sane jura olim con-  
stituta fuerunt, verum postea Canonibus & Con-  
stitu-

stitutionibus Principum immutata sunt, & hodie ex inveterata Germaniae consuetudine aliter usurpantur.

§. XXXIII. Atque ita primum Imperatoris Friderici constitutione interdictum fuit hominibus privatis, praesertim Rusticis, ne in publicis locis & saltibus retia, laqueos, aliaque instrumenta extendant, nisi ad Lupos, Leones, Panthers, similesque nocivas bestias, c. i. §. nemo retia. vers. si quis Rusticus. d. pace tenend. & ejus violat. in usibus Feudorum.

§. XXXIV. Et hoc omne jus venandi terrarum Domini indistincte subditis suis hodiernis moribus adimerunt. Quæ quidem ademptio, an jure vel injuria facta sit? omnibus seculis tumultuosa fuit quæstio. Ecce cum jure Civili constitutum sit, ut loca publica ad Principes pertineant, l. 3. §. pen. ff. d. jure fisci. l. 14. §. 1. ff. d. Servit. l. 2. §. 3. l. seq. ff. ne quid in loc. publ. l. 9. ff. ad L. Rhod. & l. 2. ubi Bald. C. d. prescript. hæc interdictio defendi potest.

§. XXXV. Nam non tantum in publicis, verum & privatis & propriis agris potuisse Principes hoc jus venandi sibi solis sumere, atque aliis vocationem interdicere, vel quia Principes sunt, vel  
quia

quia id longa consuetudine ita introduxerunt, vel  
quia eos justæ causæ moverunt, communiter apud  
DD. nostros receptum est. *V Velsenbec. in paratit.*  
*ff. d. A. R. D. n. 7. Fachinæ. l. 1. controv. jur. c. 1.*

§. XXXVI. Subditu vero, qui à Venatione  
arcentur, injuriam sibi fieri conueni nequeunt.  
Quia nec Dominio, nec possessione aliqua privan-  
tur, cum in loco aliquo venationi incumbere actus  
sit mera facultas, unde nulla obligatio, nulla de-  
nique actio proficitur: ita spoliatis ad integran-  
dam venationem, nullum competere potest reme-  
dium. Non possessorum, quia possessione, quam  
nunquam habuerunt, nec adipisci possunt, spolia-  
ti non sunt. Privatio enim presupponit habitum.  
*c. ad dissolvendum. extr. d. sponsal. impub. C. quod*  
*vero non formatum. 32. q. 2.* Non peitorum, quia  
nulla adest obligatio, qua Princeps, ne usum vena-  
tionis interdiceret, adstringeretur. Ergo nec actio.  
*Pruckmann. d. Regal. in d. §. venatio. c. 4. n. 28. gl.*  
*German. l. art. 62. Landr. lib. 2.*

§. XXXVII. Justæ autem causæ sunt, qui-  
bus Principes hoc jus venandi subditis suis admere  
voluerunt: I. Favor publicæ utilitatis, *l. 3. ff. 4. off.*  
*Prætor.* quæ hic maxime in considerationem venit.  
Publicenamque interest, ad pacem & tranquillita-  
tem

*amp*

tem publicam tuendam, non esse communē omnibus jus venandi, cum quia communio parit discordiam, l. 77. §. 20. ff. d. Leg. 2. l. 26. §. secautum. ff. d. condic. indeb. cum similib. tum quia subditi concordiam alere tenentur. arg. l. 13. §. equissimum. 3. ff. d. usuf. Nov. 85. in princ. Georg. Mor. part. 1. cap. 2. num. 30.

§. XXXVIII. II. Svatet id ipsum specierum in animantibus conservatio. Cum enim feræ animantes in suo genere sint rariores, quam cicures, providente nimisrum ita DEO, ne multitudine ferarum, aut communitas vitæ humanæ, aut agricultura intestaretur, atque damnum faceret; ideo facile devastari tota species posset, saltem in aliqua regione, si indistincte cilibet, illud venandi jus esset concessum. VVes. in parat. ff. d. A. R. D. n. 7.

§. XXXIX. III. Ne indifferens Venationis permisso ab agricultura & tota vita rustica, à qua agricolas non abduci publice utile est, ut videlicet agri colantur, ubioresque efficiantur, sit avocamentum, auth. Agriculatores. C. quæ respignor. l. 2. ff. d. feriis. & hanc rationem videtur innuere text. in d. c. 1. §. Si quis rusticus. de pace tenend. Georg. Mor. part. 1. c. 2. num. 28.

C

§. XL.

§. XL. IV. Quia Venatio ferarum præcipue majorum sine armis & bombardis fieri non potest : sed armorum usus quotidianus agricolis multis ex causis est interdictus , tot. tit. in Autb. ut armor.usus . §. si quis . s. F. 27. qui tamen , cum sylvas & rura inhabitent & incolant , ad venationem maxime sunt oportuni. Unde sequitur , & venationem recte prohiberi posse , cum prohibita omnia esse censeantur , quæ ex prohibito consequuntur.

§. XLI. V. Merito etiam id Principibus , quibus maximæ curæ circa Reipubl. administratiōnem incumbunt , ut sele , quandoque in pace recreare possint , concedendum erit juxta illud :

*Quod caret alterna requie , durabile non est.  
Arniseus l. 3. c. 4. n. 8. in fin.*

§. XLII. VI. Et tandem confirmatur hoc ipsum authoritate sacra paginæ Hier. cap. XXVII. 6. & c. XXVIII. 14. & Daniel. II. 38. ex quibus colligitur , ejus esse bestias , cuius est territiuum. Pruckmann. de Regal. in d. §. venatio. c. 4. ubi plura adducit fundamenta VVesenb. in paratit ff. d. acquir. rer. dom. n. 7. Zoanett. d. duplicit. venat. nūm. 42. & seqq. Fachin. I. controv. c. I. Heig. p. I. q. 15. n. 33. Harp. ad §. 13. n. 64. & mult seqq. Arum. disp. 18. th. I. & Exercit. I. 4. thes. 9. Forst. disp. 16. thes. 9. & alii.

§. XLIII.

§. XLIII. Ethoc procedit non tantum in summo Principe, verum etiam locum obtinet in Principibus superiorem recognoscitibus, dummodo habeant Regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, quales sunt Electores, Dukes, Marchiones, Principes, Comites & similes. Pruckmann. de Regal. §. venatio. cap. 4. n. 34. Habtritt. d. jur. venand. c. 2. Borch. in c. unic. qua sunt Regal. Harp. ad §. 13. n. 106. I. d. R. D.

§. XLIV. Excipitur tamen quod Principis, Ducas &c. Praefecti, Vicarii & Officiales propria auctoritate & sine speciali mandato venationem subditis sui Domini adimere vel inhiberi non possint. Nam contra jus commune statuta condere, vel eidem derogare nequeunt, arg. l. 2. C. d. offic. Pref. Praetor. Oriental. Venationem autem juris communis esse liquet ex §. 12. I. d. R. D. l. 1. & 3. ff. d. A. R. D.

§. XLV. Et non tantum vi ordinariæ potestatis, sed etiam cum primis jure immemorialis præscriptionis Electores, Dukes, Principes, Comites, Barones & his similes subditis suis, ne in propriis vel publicis venerantur, ex subsecuta illorum potentia optimo jure prohibere possunt. Quemadmodum in actibus meræ facultatis & negativis

potest quis per prohibitionem & patientiam subsecutam constitui in possessione secundum DD. in l. 2. C. d. servitut. & ag. l. 10. ff. d. servitut. praedior. urban. Sebas. Med. in tract. d. Venat. p. 2. q. 1. num. 1. Heig. 18. n. 26. Mynsing. Resp. 16. n. 36. & 37.

§. XLVI. Cum autem Principes vel Magistratus hoc venationis exercitium subditis suis tam in publicis, quam propriis agris sive sylvis prohibuerint ab initio, & illi huic prohibitioni provocando ad Cameram Imperialem vel Ipsum Imperatorem (quod quidem liberum ipsis fuit) non contradixerint, sed immemorialis temporis spatio acquieverint, & à Venationibus abstinuerint; factum est, ut per hanc prohibitionem à Principibus interpositam, & patientiam subsecutam subditorum jus illud prohibendi Principes aduersus subditos suos præscriperunt, sique hi, invitis illis, Venationes amplius usurpare non possint, prout habet Jacobin. d. S. Georg. in tract. feud. n. 2.

§. XLVII. Quantumvis autem Principibus Nobilibusque viis & hæc Venatio nostris moribus sit acquisita, ita tamen eos venari oportet, ut quam minimum subditis & pauperibus damnum inferant, eorumque segetes & vineas devastent. Facit arg. l. 2. §. fin. ff. si quadr. pauper. feciss. dic. l.

II. § 5.

n. §. 5. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 46. cum seqq. ff. d.  
 Ädilitio Edict. l. 13. pr. ff. locat. conduct. Landrecht  
 l. 2. artic. 61. ibi : Niemand soll die Saat treten,  
 umb Jagens oder Hatzens willen, als das Korn  
 geschossen oder Geliede genommen hat. & ibi in  
 gloss. 4. Wer dieses thut, soll den Schaden gelten.  
 Gail. 2. observat. 68. n. 10. Covarruv. in c. peccatum.  
 §. 9. n. 11. de R. f. in 6. p. 2. relect. Trentl. vol. 2. disp.  
 20. thef. 3. lit. A. Arnis. d. jur. majest. lib. 3. c. 4. n. 2.  
 in fin. Georg. Mor. in tract. d. jur. venandi part. 1. c.  
 6. n. 20. VVebner. lib. sing. observat. pract. lit. F. in  
 verb. Forstrecht etc. p. 194. edit. ult. Arum. discurs.  
 Acad. 19. vol. 3. tb. 67. Harpr. ad §. 13. l. de rer. di-  
 vis. num. 124.

§. XLVIII. Quinimo amplius dixerim,  
 quod si ex hac causa nimia multitudine ferarum  
 subditorum fructus immensum damnum paten-  
 tur, quod ob hoc ipsum, praesertim si Dominus  
 Forestæ illud restituere noluerit, hoc jure venandi  
 possit privari. Albericus de Tosate in l. bene à Zeno-  
 ne. C. d. quadriennal. prescript. Afflict. 265. n. 15. &  
 seqq. Zoanett. d. dupl. venat. num. 75. Curt. Jun. d.  
 Feud. p. 6. n. 11. Arum. d. l. n. seq. Sixtin. d. Regal.  
 l. 2. num. 75.

## C 3

## §. XLIX.

§. XLIX. Quo casu tamen oportet prius Dominum Forestæ à Principe vel alio superiori aliquoties fuisse admonitum: alias venatione vel jure venandi privari non potest.

§. L. Jure autem consuetudinario usque hodiernis temporibus receptum est, ut Principes cæterique Magnates hoc non præstent, multo minus teneantur damnum refundere, quamvis libera-ram ferarum venationem prohibuerint & exinde fructus in subditorum agris depasti & absulti fu-erint, quæ sunt consuetudo, iis in locis, ubi imme-morialis temporis curriculo viguit, etiam nunc temporis observanda vel toleranda videtur, l. 3. §. 4. ff. d. ag. quotid. Et astiv. c. 26. §. præterea ibique Canonista. d. V. S. Harpr. d. l. n. 722.

§. LI. Interim, nec consuetudine vel præ-scriptione induci poterit, quo minus subditis pro-hibeatur ut sepimentis, stantibus adhuc fructibus loca illa angant & latratores molossos & canes ad terrendas feras alant, arg. l. 39. ff. d. LL. Novell. 34. c. 1. circafin. ubi gloss. d. consuet. can. mala. Et canon. frustr. disf. 8. c. 1. d. consuetud. l. 6. DD. in l. fin. ff. fin. regundor. l. 22. C. mandat. Bocer. class. s. disput. 3. thes. 21.

§. LII.

§. LII. Quod ipsum etiam Mauritius Ele-  
ctor Saxonæ in provinciis suis Rusticis indulxit,  
dass sie mit kleinen Hunden, so nicht Jagdhunde  
sind, das Wildpert abschauen mögeln, in Constat.  
Provinc. Tit. Von Abschauen des Wildprets vom  
Getrayde. Just. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 41.  
Pandect. t. 1. th. 19. n. 6. Et quod publicæ utilitati  
convenit. §. 37. l. de rer. divis. l. 28. §. fin. ff. d. usur.  
arg. l. fin. C. si contra jus vel util. publ. E' c. venera-  
bilis. 37. d. præbend. Pruckmann. d. Regal. §. venatio.  
cap. 5. num. 3.

§. LIII. At quid, si rustici agros suos palis  
sive lignis nimis acutis munire cupiant, quibus feræ  
transcendere intendentes, transfigi possint? quæ-  
stionis est. Ethac sepimenta, quo feris periculum  
creati possit in locis, quibus jus venandi interdi-  
ctum est, ipso jure prohibitum esse, probabilius  
videtur. arg. l. 8. §. 20. ff. d. transact. l. 38 ff. de rei  
wind. l. 1. §. 1. ibique gl. ff. naute, caup. stabularii. l. 5.  
§. 5 ff. d. reb. eor. qui sub tutel. l. 1. §. 11. C. d. latin. li-  
bert. tollend.

§. LIV. Hoc non obstante, quod licet fera  
bestia hominem laderet, nec refragante venationis  
prohibitione, per superiorem interposita impune  
occidi queat, arg. l. unic. C. d. Venat. ferar. non ta-  
men

men concessum est, feram in agris nostris deprehensam, & fructibus damnum inferentem capere vel interimere, cum eam facile expellere, & in fugam convertere possimus. argum. l. 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.

§. LV. Cæterum, cui jus aliquod venandi in sylva vel nemore aliquo competit, prohibere plenitudine potestatis potest, ne quis, absque urgente causa, vel necessitate globum, in ea sylva emitat, vel bombardam exerceat, atque ita feras per graviorem bombardæ sorum in alias sylvas fuget, arg. l. 4. l. 10. §. fin. ff. si servit. vind.: Dass in schädlichen Orten der Waldfuhr keine Büchse, Schützenhäuser oder Hütten aufgerichtet werden mögen. Modest. Pist. consil. 70. n. 15. 16. § 1. vol. VVehner. in pract. obs. verb. Forstrecht.

§. LVI. Diversum tamen est, si quis corporis sui, vel bonorum suorum defensionem suscipere cogatur. Tunc non obstante hujusmodi prohibitione bombardam exonerare, globumque emittere poterit, l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil.

§. LVII. Sed quo illud venandi jus, quod per tempus memoriam hominum excedens, Principes vel alii sibi acquisiverunt, referri debeat, controversia magna inter DD. est. Sunt, qui illud servi-

servitutibus sive juribus personalibus aggregare arbitrantur, Bald. in l. penult. n. 12. col. 3. vers. item si debeas mibi servitus. C. d. condit. insert. Pruckmann. de Regal. c. 2. n. 1. § 12.

§. LVIII. Alii deinde venationis jus à personalibus servitutibus separant, pactis tamen personalibus annumerant, Accurs. & Bartol. in l. ut pomum. 8. ff. d. servitut. & alii per Zafium & Gail. citati.

§. LIX. Alii vero venationem jurisdictionalem esse autumant, Zonat. in tr. d. empt. & vendit. sub pacto retrovendit. n. 205. & seqq. & d. tract. d. dupl. venat. n. 105. & seqq. Seb. Medic. in tract. d. venat. p. 2. q. 2. Arniseus l. 3. c. 4. n. 11. in fin.

§. LX. Alii præterea inter servitutes reales censeri putant, Zaf. in intellect. singul. lib. 1. c. 11. & ad §. aequ. n. 24. d. act. & consil. 6. n. 30. lib. 2. quem sequitur Gail. l. 2. observat. 66. num. 1. & 2. ubi secundum hanc opinionem propter notissimam Germaniæ consuetudinem & in Camera Imperiali judicatum attestatur.

§. LXI. Alii alio referunt Niell. disp. Feud. 3. tb. 2. Bocer. in tr. d. jur. dom. & Vasall. lib. 2. c. 2. n. 90. & seqq. Harpr. ad §. 12. I. d. R. D. num. 144.

§. LXII. An vero hoc jus venandi (quod Electores, Principes, Comites, Barones & similes habent) inter Regalia computari debeat? Inter DD. digladiatio magna est. Negativa sententia nihil est verius, nihil manifestius per l. 9. §. 5. l. 62. Pandect. d. usufruct. l. 26. Pandect. d. usur. Ex quibus appareret, jus venandi vel redditus ex venatione perceptos, ad privatos spectare: ita ut etiam ab usufructuario jus illud usurpati, redditusque venationum percipi possint. Unde consequens est, jus istud non solo Principi sive Imperatori competere. VVesemb. in ff. de A. R. D. n. 7. in fin. Treutl. part. 2. disput. 20. th. 3. lit. b. Niell. disput. Feud. 11. Forst. disp. I. 6. th. 8. Harpr. ad §. 10. I. d. R. D. n. 143. Magnif. Dn. Finckelhaus. Disput. Feudal. 4. qu. 18.

§. LXIII. Et quanquam jus venandi inter Regalia non contineatur, uti ex superioribus, principaliter vero patet ex tit. quæ sunt Regalia in ipsis Feud. attamen Duces, Principes & similes jus venandi, quo ad Dominium & proprietatem suis Ducatibus, Principatibus, dominis & ditionibus præscriptione acquisiverunt, sortitum est jus venandi naturam feudi. Accessorium enim sequitur naturam sui principalis. l. 139. ff. d. R. I. &c. accessoriū de Regal. jur. in 6.

§. LXIV.

§. LXIV. Hinc Imperator jura hæc venandi, seu jura Foresti, Wälber, Wildbatten, Jagt, Principibus & aliis similibus, de Generalissima ratione Germaniaæ consuetudine concedit in Feudum, non ut Regale, sed ut jus accessorium, Principatus, Ducatus seu Dominii; ita tamen, ut per ejusmodi concessionem iis, qui in ulo & exercitio, & quasi possessione juris venandi longissimo tempore sunt, nullum præjudicium fieri possit. Zoanetus in sua duplice venatione num. 105. & seqq. D. Finkelthaus. Disp. Feudal. q. tb. 18. lit. g.

§. LXV. Venari autem omnes possunt, quibus hoc jus competit, imo omnibus tam infra, quam supremæ fortis hominibus relinquuntur.

§. LXVI. Quæritur de Clericis & aliis Personis Ecclesiasticis, an & hi in sylvis suis licite venari possint? Et hic quoque simpliciter loquendo dicimus, iis venationem illam interdictam esse; Non tamen quin necessitatis vel utilitatis, vel honestæ recreationis causa, modo modeste fiat, venari possint. Facit tit. in decr. d. Cleric. ven. Clement. ne in agro. §. porro de statu Monachor. c. cum Apostol. §. Archidiaconi. Extr. d. censib. Sylvest. in summa sua, verbo Venatio. Zoanett. tr. d. Venat. n. 27. & seqq.

D. 21. Oct. 1711. Sebastian.

*Sebast. Medic. d. l. q. 3. p. 1. num. 14.* Ubi quod re creationis causa venari possint, multis probat ex gloss. *Abbat. & alii. Pruckmann. d. c. 4. n. 84.*

§. LXVII. Imo tantum illis conceditur, si redditus ipsorum & venationibus certissime content, l. 26. ff. d. usur. l. 72. §. 22. l. 22. ff. d. instit. vel instr. legat. *Zoanett. d. l. n. 31.*

§. LXVIII. Specialiter autem hoc ius concedi potest ad noxias bestias capiendas, hac tamen conditione, ut ejusmodi captas feras, statim ad Dominum transferant, l. i. C. d. Venat. & quod moribus observetur, *Ruding. cent. 5. observ. 63. n. 3. post Mor. p. 2. c. 2. n. 68. & seqq. testatur*, cum hac tamen nota, quod earum ferarum capture hodie ad ius Forestæ pertineat: Werden nach Teutschem Gebrauch in die Fürstliche Obrigkeit, und für ein sonderlich Fürstlich Regalstück und Herrlichkeit gehalten. *Ruding. d. l. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 18. in fin.*

§. LXIX. Constituitur Venatio variis modis, præcipuum tamen est, quando per investituram ab Imperatore ex singulari concessione hanc obrinnet: So einer mit Forst- und Jäger-Recht belehnet wird, l. 14. §. 2. ff. d. servitut. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. *Zoanett. d. dupl. venat. n. 70. Treutl. vol. 2. disp. 20. tb. 3. lit. b.*

§. LXX.

§. LXX. Et hinc pro diversitate modorum dicimus, jus venandi aliquando venire tacite in consequentiam, aliquando vero expresse.

§. LXXI. Tacite venit, ut concessum à Principe castro vel universitate cum omnibus pertinentiis, etiam locis sylvestribus, ubi magna copia ferarum est, licet nihil dictum sit de jure venandi, transit tamen illud cum reliquis. l. 39. ff. de abt. empt. Schrad. tract. Feud. part. 3. c. 4. n. 48. cum seqq. Arum. d. jur. publ. discurs. Academ. 19. vol. 3. tb. 109.

§. LXXII. Contra vero, si quis investitus sit de aliquo castro cum simplici vel omnimoda jurisdictione, talis non censetur simul accepisse jus venandi, nisi expresse de eo dictum fuerit, Bart. Castrensi. Jason. ad Imperium de jurisdict. omn. jud. prout resert & lequitur Meurer part. 2. des Forstrechts. Tit. Ob der hohen Obrigkeit der Forstliche Anhang. Georg. Mor. d. jur. venandi p. 1. c. 2. n. 67. p. 2. c. 1. n. 7. & 8. Gail. d. pign. Observat. ult. n. 47. & 8. Arniseus l. 3. c. 4. n. 10. Schrad. d. l. num. 47.

§. LXXIII. Sicut enim separatum quid à jurisdictione est Venatio, ita quoque in ipso jure venandi observandum est, quædam esse diversa, ne id, quod uno genere venandi conceditur, cen-

D 3 seatur

seatur quoque statim alterum concessum esse. *Heig.*  
*q. 15. n. 54.* *Pruckmann.* d. §. *venatio.* n. 11. *Rosenth.*  
*concl. 94. num. 8.* *Sixtin.* de *Regal.* l. 2. c. 18. n. 57.  
no

§. LXXIV. Ex hinc illa quastio deciditur,  
 non eo ipso, quod quis nouum alterumve actum  
 venationis exercuerit, posse statim alios omnes, qui  
 sub nomine Foresti comprehenduntur, exercere. *h.*  
*1. C. d. donat. inter vir. & uxor. l. Rapin. 20. ff. d. min.*  
*Gail. a. pign. observ. 24. n. 34. 3 seqq.*

§. LXXV. Ultrum vero inferiores à summo  
 Princepe, qui tamen ab eo omnem jurisdictionem  
 per investitram acceperint, idem subditis prohibe-  
 rebre valeant, disputant DD. Nos putamus posse  
 ad tempus & ex justa causa. Per ea, quæ tradit  
*Sebast. Medices part. qu. 5. Facchin. lib. 1. controvers.*  
*jur. cap. 1.*

§. LXXVI. Immo dicimus, etiam hoc  
 idem posse in perpetuum, si illud juris habuerint à  
 summo Princepe, vel tacitus vel expressus consen-  
 sus subditorum intervenierit, vellegitne præscrip-  
 serit. *Covarr. parti. 2. n. 8.*

§. LXXVII. An autem & minores Vasalli  
 subditis suis Venationem prohibere possint? Et id  
 Negatur, nisi subditi acquiescerent, sublequeretur  
præ-

præscriptio, vel sic quoque investitura cautum suis.  
Set. Seb. Medic. q. 7. p. 7.

§. LXXVIII. Usufructarius quoque ve-  
nari in eo loco potest, in quo usumfructum habet,  
nec in eo posse illum à proprietario prohiberi, con-  
stat. l. 5. §. 5. l. 62. ff. d. usufr. Pruckmann. in d. §. ve-  
natio. c. 4. n. 69.

§. LXXIX. De Vasallo queritur: An is  
possit in Fundo Feudali venandi servitutem sine  
Domini consensu alteri concedere? Ethoc quo-  
que eum iure posse iure defendi potest, ita tamen, ut  
ea res domino Feudi, si quando ad illum Feudum re-  
versurum sit, nullum afferat præjudicium. §. quid  
ergo de invest. in re aliena fact. in usib. Feud. Georg.  
Mor. p. 1. c. 9. n. 6.

§. LXXX. Quanquam alias in re feudali  
Vassalus proprie concedere usumfructum vel  
usufructum sine consensu Domini non possit: attamen  
bene vendere potest fructum rei feudalis pro tem-  
pore, quo Feudum apud eum remanet, vel ad cer-  
tum tempus. Quia ista non dicitur alienatio Feu-  
di, l. 9. §. 1. ff. d. donat. Et non dicitur res aliena-  
re, qui alienat fructus separatos, a. l. 1. n. 251

§. LXXXI. Venationes quoque tacite vi-  
dentur esse concessæ, si aliquis longissimo tempore  
sciente

sciente & non refragante Principe iisdem usus fuerit. Vultej. lib. 2. Feud. c. 9. n. 21. D. Carpz. d. Regal. lib. 171. Arum. d. jur. publ. vol. 3. n. 118.

§. LXXXII. Nobilis quoque est illa questio. Quanto nimis tempore jus venandi prescribi possit? Nos tempus immemoriale, requiri statuimus. c. 26. §. præterea. extra d. V. S. l. 3. §. duetus aquæ. ff. d. aqu. quot. Et astiv. Reichs-Abschied zu Augspurg de anno 1548. §. Und sollt Unser. §. Wenn auch ein ausgezogener. Et §. Wo aber innerhalb. Bocer. de Regal. c. 4. n. 45. Et seqq. d. disp. 10. thes. 7. lit. c. Rosenbal. Feud. c. 5. concl. 14. Meurer. p. 2. qu. 4. Gail. lib. 2. observ. 66. n. 7. Et d. P. P. 1. c. 6. Arum. d. jur. publ. disc. 19. vol. 3. n. 120. Arnisaus lib. 3. c. 4. n. 9. Sixtin. de Regal. lib. 2. num. 55. Et quod etiam de jure Saxon. observatur. Schneid. ad tit. J. de usucap. substit. de prescript. spec. num. 33. Zanger. d. except. p. 3. c. 8. n. 65. D. Carpzov. d. diff. thes. 121.

§. LXXXIII. Communiter quidem alii, rejecta distinctione continuitatis vel discontinuitatis, decem annis inter presentes, & 20. inter abientes illud prescribi posse statuunt. l. 27. ff. de servitut. Urban. prædior. l. fin. C. de prescript. long. tempor. l. 7. C. de servitut. VVesenbec. in paratit. ff. de servitut.

§. LXXXIV.

337

§. LXXXIV. Præscriptio autem hæc probatur vivis testibus ac actibus possessoriis dependentibus. Quod scilicet in alieno saltu, sciente & non contradicente Domino, per legitima temporum spatiæ quis venatus fuerit, l.3. C. d. servitut. *E* agv. l.1. in fin. ff. d. servit. Rust. præd. l.11. §.1. ff. d. Public.

§. LXXXV. Proinde si quis immemorialis temporis spatio, in fundo alieno, certis cum instrumentis (nimirum cum retibus) venatus fuerit, tali modo jus venandi præscriperit, cum aliis instrumentis in eodem venari haud poterit. *Modest.* consil. 10. vol. 1. n. 16.

§. LXXXVI. Unde valde controvertitur: An nimirum si quis tempore immemoriali vel tempore longissimo in fundo alieno cervos persecutus fuerit, jus etiam apros venandi vel contra præscriptione sibi acquisierit? quod omnino affirmamus, moti. *arg. textus in c. cum in tria. 3. de decimis.* In ea enim præscriptione, dum cervos venatur & capit, per hoc exercitium integrum quasi servitutem altæ venationis usurpare, atque adeo non jus tantum occupandi cervos, sed apros quoque & alias majores feras præscripsisse cenletur. *Halbritt. d. jur. venandi c. 4.*

E

§.LXXXVII.

§. LXXXVII. Expressa venit, Conventio-nibus vel Stipulationibus. §. ult. l. d. servit. l. s. eod. l. 3. pr. ff. d. usufr. Emptione. l. 16. ff. si servitut. vin-dic. l. 10. ff. d. evict. Precario. l. 2. §. fin. l. 3. ff. pre-ca-rio. Treutl. vol. 2. disput. 20. tb. 3. lit. c. Gail. lib. 2. obseru. 66. n. 6.

§. LXXXVIII. An autem à quolibet, cui hoc jus venandi vel ex liberali Principis concessio-ne, vel præscriptione, sive alio quovis modo com-petit, cedi & transferri in aliud possit. Et quod possit, indubitate affirmamus. Omne enim jus omnisque actio alicui competens cedi potest. tot. tit. d. act. vel b. red. vendit.

§. LXXXIX. Nisi constet concessionem juris venandi alteri factam, magis personalem, quam realem esse. Tunc enim hoc jus venandi, tan-quam personale, cedi non potest, cum personam ipsam non transgrediatur. arg. l. 57. §. ult. ff. d. usufr.

§. XC. Fluit inde hæc quæstio : An si al-i-cui venatio ad voluptatem concessa sit, ea alteri ce-di possit ? Et quandoquidem voluptas unius in ve-nando & alia alterius, nec simili venationis jure gaudent, sed unus plus altero hanc voluptatem ex-pedit : merito cedi nequit. l. 31. ff. d. solut. Bartol. &

DD. in

*DD. in l. 43. ff. d. V. O. c. fin. ubi Abb. n. 1. § 3. Fe  
lin. n. 2. d. offic. & potest. delegat.*

§. XCI. Si autem ad certum ferarum numerum venatio hæc restricta, magis est, ut cedi possit propter Regulam Generalem. Quod omnino, jus omnisque actio, alicui competens, in alium cedi & transferri queat. tot. tit. de act. vel hered. vendit. Et licet numerus adeo singulis restrictus sit; nihil tamen interest, sive per me, sive per alium, cui concessum est, definitus numerus capiatur. *Halbritt. in tract. d. jur. venand. cap. 2. Harpr. sub § 13. n. 217.*

§. XCII. Venationes precariae (vulgo Jagd- und Jagt- appellatae) de quibus Noë Meurer in *Tract. Vom Jagt- und Forst- Recht. part. 2. Tit. Von aus Gnaden, durch einen Revers zugelassenen und bewilligten Jagens- Gebrauch*, an in alterum transferri possint? contentio est: Et quia ejusmodi venationes non transeunt ad heredem, cui concessio facta est, sed cum persona evanescunt, l. 12. §. ult. ff. *precar. juste negari potest. Quæ enim ad hæredes non transeunt, ea nec cedi queunt. d. l. l. 47. & ibi Bartol. n. 1. ff. de administrat. tutor. cum similibus.*

§. XCIII. Dubium est: An concedens po-  
testas

testatem in se etandi & capiendi maiores feras, puta cervos & apros ( vulgo das hohe roth und schwartz oder Grob-Wildpret ) intelligatur etiam tribusque facultatibus capiendi minores feras ( das Klein-Wildpret ) ut lepores, vulpes, & similes. Nos infra posse concludimus : Generaliter enim dicta generaliter sunt accipienda. l. 5. §. 1. ff. d. Legat. praefat. præsertim in beneficiis principum c. 6. Extr. d. donat. Cavarr. 1. variar. resolut. c. 13. num. 1. & seqq. Sixtin. d. Regal. lib. 2. c. 18. num. 48. Heig. qu. 15. n. 61. & seq. Arum. d. jur. publ. discurs. 19. vol. 3. tb. 128. Einsiedel in tract. de Regal. c. 3. n. 378.

§. XCIV. Disputatur & illud : An generali facta concessione Venationum in aliquo loco veniat quoque facultas feras venandi Nobiliores, vulgo hohes Wild. Ubi existimamus, maiores communis loquendi usu non venire, nisi expresse dictum fuerit. arg. l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisd. Schrad. in t. Fend. part. c. 4. n. 47. Knichen. de investiturar. pact. c. 2. n. 19. Harpr. ad d. §. 13. n. 245.

§. XCV. Olim quidem, secundum veterem observantiam indistincte Ursos, Leones, similesve feras bestias licitum fuit capere. ex l. un. C. de Venat. ferar. c. 27. §. 11. F. 2. Sebas. Med. intr. d. Venat. p. 2. qu. 14. Ex consuetudine tamen hodierna,  
quia

quia ad specialia Forestæ hæc jura pertinent, sine singulari indulgentia tales bestias venari illicitum est. *VVeblner. in princ. observat. verb. Forstrecht.* p. 165. *Arum. d. jur. publ. vol. 3. num. 133. Heig. d. quæst. 15. Zoanett. tract. d. dupl. venat. Noë Meurer. d. jur. Foresti. p. 2. Sixtin. d. Regal. l. 2. c. 18. n. 78.*

§. XCVI. Hinc bene notandum: Concessa majoris notæ (roth und schwarz Wildpret) venatione, Ursina (Bären-Jagt) non videtur esse permissa. Quia hæc Venatio non est de genere Specierum permissarum, sed separata species est. *Noë Meurer. in tract. d. jur. Foresti. part. 2. fol. 16. § 32. in fin.*

§. XCVII. Accedit & illud: Quod Dominus Foresti, concedens alicui potestatem, nach Füchs und Hasen zu richten, zu hassen und zu lauffen, non intelligatur etiam tribuisse facultatem einen Fuchs oder Hasen mit der Büchsen zu schießen. *arg. l. fin. ff. d. calumniator. l. 20. ff. d. minor. VVeblner. in lib. singular. pract. observat. lit. F. in verbo Forstrecht.*

§. XCVIII. Atque hæc de constituta Venatione: Circa modum, tempus & locum hæc difficultates occurunt: I. An cum instrumento tonæ velut alii, zonæ, venari licitum sit? quaritur. Et

E 3 eam

ēām illicitam esse, ex qua plures pereunt & extin-  
gvuntur feræ, quod Reipubl. incommodum esset,  
constanter asserimus. *Sebast. Medic. p. 1. qu. 10. d. Venat.* *Georg. Mor. p. 1. c. 2. num. 61.*

§. XCIX. Sed an foveas vel fossas Wolffs-  
Gruben, facere, vel laqueos ferarum capienda-  
rum gratia facere liceat? Et quod affirmatur. Nisi  
fiant in locis publicis, unde hominibus & pecori-  
bus possit periculum imminere. *I. 28. & seq. ff. ad*  
*L. Aquil. Meur. p. 2. p. 36.*

§. C. Hoc loco nec prætereunda est acer-  
rima illa controversia inter DD.: An nimirum sub-  
ditus vel alius quispiam, feram in eo loco, ubi li-  
bera venandi potestas est (vulgo in dem freyen  
Busch) quam venari cäperat, etiam in vicinam  
sylvam vel forestam usque persequi, ibidemque  
impune occupare possit? & id Negatur *Harpr. ad*  
*§. 13. I. d. R. D. n. 329.* nisi manifeste die folge lici-  
ta sit.

§. CI. Hodiernis vero moribus & con-  
suetudine Germaniae introductum est inter Saltua-  
rios & Venatores: ut liceat feram bombarda, lphæ-  
ra seu globo in loco licto iectam seu vulneratam  
(welches schweift) fugientem, extra proprium Do-  
mini venantis saltum, aut sylvam 24. horis uno cur-  
su

su non intermissio persequi ; sicque in alieno saltu  
aut sylva impune capere ; ita tamen, ut venator, in  
ipso persecutionis loco, signum, puta pileum, vel  
aliud simile, in rei testimonium deponat. Mor. p. 1.  
c. 8. Bocer. cl. 4. d. 3. thes. 128. De jure Saxon. ita  
servatur. Landrecht. lib. 2. art. 61. Jagt ein Mann  
ein Wild außer dem Forst, und folgen ihm die  
Hunde in den andern Forst, er mag wohl nachfol-  
gen, doch daß er nicht blase noch die Hunde anhe-  
be. art. 122. in fin. Schneid. ad d. §. 12. n. 4. Sebst.  
Med. p. 2. q. 17.

§. CII. Hinc II. diebus festis, Dominicis  
& tempore quadragesimæ venari illicitum est, nisi  
necessitas vel evidens utilitas ita requireret, nec  
ideo divina officia omitterentur, putamus, nec istis  
temporibus prohibitum esse. c. Esau. c. quid prod-  
est. c. an putatis. & ibi Dd. cap. 3. extra d. feris. l. 7. l.  
fin. C. eod. Pruckmann. de Regal. §. venatio. cap. 5.  
Sebst. Med. intr. d. venat. q. 3. 8. 11. p. 1. n. 4. Georg.  
Mor. d. jur. venand. p. 2. c. 10. n. 4.

§. CIII. Nonnunquam etiam certorum a-  
nimantium venatio prohibetur, quando nimis  
vicina partui sunt, ova ponunt, aut partum editum  
nutriunt, similiter prohibent, ne quis venetur tem-  
pore nivium, aut quadragesimæ certis cum instru-  
mentis;

mentis. Sebāst. Medic. qu. 11. d. l. VVeßner. d. l. verbo Forstrecht.

§. CIV. Hinc in Saxonix Ducum constitutionibus cautum reperitur, ne venationes post Bachanalia usque ad diem Bartholomai sub poena 100. florenor. exerceantur. Coler. d. c. audit. extr. d. præscript. n. 39. Arum. vol. 3. d. jur. publ. discurs. 19. thes. 150. nisi, ut in th. 103. necessitas ingens aliud svadeat. arg. c. 1. extra de feriis. c. 23. qu. 8. Georg. Mor. p. 1. c. 1. num. 54. Sebāst. Med. d. l. Pruckmann. in c. 6. n. 3.

§. CV. Venationes III. sive in publico vel privato, sive in proprio vel alieno fundo exerceri possunt, etiamsi Dominus fundi contradicat & prohibeat. §. 12. I. d. rer. div. Zoanett. d. dupl. venat. n. 151. & seqq. De quibus etiam supra in principio dictum fuit.

§. CVI. Quod vero hic dicitur in alieno fundo, si non fuerit plane interdictum, venari lice-re cum canibus, non eo debeat extendi, ut quoque retia, laqueos vel alia instrumenta ad venationem instituendam in alieno solo quis possit tendere. c. 1. §. nemo retia. d. pac. tenend. l. 17. C. d. R. V. l. 11. C. d. servitut. aqu.

§. CVII.

§. CVII. Finis Venationum est acquisitio  
Dominii: usus ferarum ad victum & amictum,  
item valetudinis exercitatio, & relaxatio animi ho-  
nesta, *VVesenb. in parat. ff. d. A. R. D. n. 7. in fin.*  
*Georg. Mor. part. 2. c. ult. Seb. Med. p. 2. qu. 42.*  
*Pruckmann. d. Regal. §. Venatio. c. 2. n. 38. Et seqq.*  
*Arum. late de jur. publ. vol. 3. tb. 154.*

§. CVIII. Hic quoque illud occurrit: An  
nimirum Venator capiens feras bestias in alienis syl-  
vis vel saltibus furtum committat? Et quod non  
committat, patet ex §. 12. I. de rer. div. l. 1. l. 3. §. 1.  
ff. d. acqu. rer. dom. l. 1. in princ. Et l. 3. §. 14. ff. d. ac-  
quir. vel amitt. poss.

§. CIX. Secus est in domesticis & arte ci-  
curatis, ut & reliquis natura feris, exire tamen &  
redire consuetis. Ubi furti actionem dari posse  
asserimus ex l. 8. §. 1. ff. fam. bercisc. Novell. 69. c. r.  
l. 37. ff. d. furt. §. 15. I. d. rer. divis. Schneid. *VVesen-*  
*bek. Et Heig ad §. 16. I. d. R. V.*

§. CX. Huc referimus etiam eas, quæ ca-  
veis ac vivariis, vulgo *Bauinforst* oder *Thiergar-*  
*ten* inclusæ sunt. Quamvis enim hæ natura feræ  
sint, tamen inclusæ sunt, ut quandocunque illas ca-  
pere possimus, merito inter manus vetas recensentur.  
*Arum. d. jur. publ. vol. 3. discurs. 19. tb. 171.*

§. CXI. Movetur & illud: An cui jus venandi, eidem quoque jus cingendi sylvas in capturam ferarum ~~des~~ Hegens, daß er im Holz schlagen möge, concessum sit? Affirmativam veriorem putamus cum Georg. Molin. in tract. d. jur. venandi c. 5. per tot. Gail. observat. 68. n. 12. lib. 2. Sixtin. d. Regal. lib. 2. c. 18. n. 67.

§. CXII. Aptehoc loco, quæ nonnunquam venationem impediunt, adducitur. Et queritur: An nimis Dominus sylvæ venatoria, quæ alteri servitutem venandi debet multas arbores pro rorsus eradicare, & illi aratum inducere, agrumque novalem facere possit. Negativa communior erit. per l. 3. §. 15. ff. d. itin. ac t. que privato. l. 7. C. d. servit. & aqu. l. 13. §. 1. ff. d. S. R. P. Gail. lib. 2. observ. 67. n. 8. Harpr. ad §. 12. I. d. R. D. n. 283.

§. CXIII. Si tamen sylva cædua sit, pedimenta & ramos bene excindere potest, quemadmodum aliis eam vendere & locare non prohibetur. l. 30. ff. d. V. S. l. 10. cum seqq. ff. d. usufr.

§. CXIV. Arbores autem grandes & annosas excindere pro libitu non potest, nisi necessitas vel utilitas efflagitet, moderate tamen id faciat, ne officiat iuri venandi. l. 3. vers. ne tamen. l. 56. ff. de usufr. Gail. lib. 2. observat. 67. n. 9. Sixtin. d. Regal. lib. 2. c. 18. n. 69.

§. CXV.

§. CXV. Illud quoque non expeditum est:  
Ad quem fructus sylvæ pertineant? Nos autu-  
mus ad Dominum sylvæ magis, quam ad eum, qui  
saltem jus venandi habet, pertinere: nisi pacto vel  
consuetudine aliud observatum fuerit. *Pruckmann.*  
*d. loco c. ult. Gail. 2. observ. 68. num. 4. Sixtin. d. Re-*  
*gal. l. 2. c. 18. num. 70.*

§. CXVI. Majorem habet dubitationem:  
Num recte Principes suas venationes ultimo sup-  
plicio vindicent, quod nonnulli ob unam alteram-  
ve cervulam surreptam subditos ad mortis suppli-  
cium rapiunt, & in eos suppliciorum genera pro-  
nunciant, recte defendi possit? Et quanquam pri-  
mo intuitu crudele nimis & durum videretur, ob  
unius bestiæ capturam vitam alicui eripere. *VVe-*  
*senb. inf. d. A. R. D. num. 7. Georg. Mor. in tract.*  
*d. jur. venand. p. 1. c. Fachin. lib. 1. c. 1.*

§. CXVII. Attamen ob violatam Principis  
potestatem, contumaciam delinquentis & delicti  
frequentiam alias circumstantias, quin ad mortem  
usque extendi possit hæc poena, negare non possu-  
mus. *per l. 1. §. 2. ff. 16. Abigeis. l. 2. urb. furt. Casar.*  
*l. 28. §. 3. ff. d. pœn. l. 1. C. d. superact. Heig. p. 1. q. 16.*  
*Meurer. d. tr. part. 2. pag. 94. & seqq.*

§. CXVIII. Tandem hoc jus venandi pro-  
impit batur,

batur, quibus in alienis saltibus hoc jus competat non tantum investiturarum literis, aliisque instrumentis, sed vivis etiam testibus. l. 3. l. ubi. ff. d. testib. l. ult. C. d. probat. t. t. ff. & C. d. fid. instr. & d. test.

§. CXIX. Si quis autem tanti temporis curriculo, cuius initium memoriam hominis excedit, jus ingrediendi alterius fundum venandi causa acquisierit: frusta de scientia & patientia adversarii quæritur: cum spatiu[m] tanti temporis loco tituli legitimi constituti, viceque legis & privilegii habeatur. l. 3. §. ductus aquæ. ff. d. aq. quotid. & astiv. l. 1. §. ult. ibi: vetustatem vicem legis tenere. & l. 2. pr. ibi: vetustas quæ semper pro lege habetur. ff. d. aqu. pluv. c. 26. §. præterea. d. V. S.

§. CXX. Testes autem adhibere melius est, seniores, qui dicere possint, se ita semper vidisse, ex majoribus suis audivisse, nec ab ullo unquam fuisse, ante completam præscriptionem, impeditum. arg. l. 79. §. 1. ibi: & audivisser rusticos senes ita dicentes. ff. d. Legat. 3. gloss. in c. 1. in verbo memor. de præscript. l. 6. Carruv. in c. 2. p. 2. §. 3. n. 7. de Regal. jur. in 6. Mynsing. cent. 1. obs. 30. Gail. l. 2. O. 66. n. 8. 9. Georg. Mer. d. p. 1. c. 4. n. 9. & seq. Harpr. ad §. 12. I. d. R. D. n. 296.

§. CXXI. In constituta venandi facultate,  
si quis

si quis turbetur, vel ea uti prohibeatur, is contra turbantem & impedientem interdicto uti possidetis, & confessoria actione experiundi potestatem habet. l. 1. s. fin. ff. d. ag. pluv. arcend. l. 9. §. Aristo. in fin. l. 2. l. 10. §. ult. ff. si servitut. vind. l. 11. C. uti possidet.

§. CXXII. Reus itaque victus, refusis damnis actori ex turbatione illatis, sufficienti praestita cautione, eundem securum reddere debet, neque se, neque successores suos eum deinceps in vena-  
tione impediturum. l. 7. l. egijus. 12. ff. si servit. vin-  
dic. Gail. d. obf. 66. n. 13. lib. 2. Georg. Mor. in tract.  
de venat. p. 2. c. 5. n. 9. & 10. & c. 9. n. 8. & seqq.

§. CXXIII. Cum circa damni estimatio-  
nem dissentiant partes, nec conveniri possint, Ju-  
dex actori juramentum potest deferre, ut scilicet ju-  
ret, quantum damni cæperit, & res suæ deteriores  
factæ sunt. arg. l. 3. C. d. reb. credit. l. admonendi.  
cum similibus. ff. d. jurejurand.

§. CXXIV. Denique facultas venandi adi-  
mitur, 1 expressa renunciatione Domini. arg. l. 14.  
§. 9. ff. d. Edilit. edit. l. 35. ff. d. R. I. 2. Cessione. l.  
5. in princ. ff. si susfruct. petat. Halbritt. d. jur. ve-  
nandi. Atque haec paucissima de materia Venatio-  
num latis dicta sunt.

## II. MEMBRVM.

## IVRE AVCPANDI.

§. CXXV.

**S**equitur Occupatio, quæ sit circa animalia in aëre degentia, & in specie dicitur aucupium, de quo idem fere jus, quod in Venatione.

§. CXXVI. Et ita definitur: Quod sit avium & id genus volatilium justa persequendi potestas.

§. CXXVII. Nec hic distingimus, publico ne in loco vel privato, sive alieno fiat, licet alium prohibere possimus, ne quis fundum nostrum aucupii gratia ingrediatur. l.3. §. 1. ff. d. A.R.D.

§. CXXVIII. Hodie vero in publicis locis aucupium minime subditis licitum est, siquidem ea à privatis capi non possunt, jus enim duntaxat hoc Principis est, quinimo in iis Principes & Domini terrarum omne jus tam venandi, quam aucupandi subditis suis ademerunt. Quam ademptionem juri contrariam non esse, constanter asserimus.

§. CXXIX. Potest autem hoc jus vel tacite vel expresse concedi. Tacite, si Princeps alicui ter-

ritorium cum omnibus pertinentiis concedit, tunc enim omnia jura venandi tam aucupandi concessa esse videntur. l. 39. ff. d. Act. Empt. vel etiam, si quis, Principe sciente & non contradicente, iisdem longissimo tempore usus fuerit.

§. CXXX. Expresse, quando alicui hoc jus vel ex conventione, vel emptione alicui conceditur. Treutler. vol. 2. disp. 20. thes. 3. lit. c.

§. CXXXI. In aucupio sic constituto, siccissime de modo, ut in Venationibus, tempore & loco oritur disputatio, de quibus, si quid in ipsa concessione cautum & usu observatum, strictissime servari debet.

§. CXXXII. Unde quaeritur: An quibusvis instrumentis aucupium exerceri possit? & dicendum videtur, quod sic, cum sine concessa, omnia ad eundem ducentia concessa esse videantur. arg. l. 3. §. 8. ff. d. rivis. l. 2. ff. d. juris d.

§. CXXXIII. Verum hoc jus aucupandi potissimum restringitur ad ea instrumenta, quæ alias non inveniuntur prohibita, ut sunt laquei, retes, arcus, viscus, hamus, Sebast. Med. in princ. tract. d. jur. venand. n. 36. nisi aliud consuetudine observatum, ut scilicet amplius, cuivis, vel arcum construere, vel inescationes, vel retia, vel decipulas

las pōnere liceat, nisi cum potestate illorum, qui  
hoc jus quāsiverunt.

§. CXXXIV. De tempore hoc observan-  
dum, ne late nimis hæc interpretatio lūmatur, sed  
secundum mentem concedentis.

§. CXXXV. Hinc in diebus festis, uti ve-  
natio, ita aucupium prohibitum est. *Seb. Med. d.  
venat. qu. 11. p. 1. num. 4. Georg. Mor. in tract. d. jur.  
venand. p. 2. c. 10. n. 4.* ut & tempore partus, de quib-  
us *Noë Meurer. p. 3.* Von Feder-Wildpret und  
Vögeln: Dieweil weder das Wildpret, da der  
Külber in dem Meyen mit den Hunden Bengel  
anhencken, die Fisch im Leich, noch in diesem Fall  
alles Gevögel in seiner Brut, da deren nicht ver-  
schonet, darob gehalten würde, jedes in suo genere  
und Art aufzubringen. Ist es bräuchig, wird  
auch gemeinlich bey einer Straff, solches zu hal-  
ten, die Vögeln vom angehenden Fasten, bis *Johannis Baptista*, nicht zu fahen, verboten. Nisi  
aliud urgens necessitas svadeat.

§. CXXXVI. Aucupium exerceri potest  
in quounque loco, de quibus in th. 127. sive publi-  
co, vel privato, vel alieno, licet alium prohibere  
possimus, ne fundum nostrum ingrediatur, *l. 3. §.  
1. ff. d. A. R. D. l. 21. ff. d. L. Aquil.* nihilominus ta-  
men

men capta contra prohibitionem capientis erunt.

§. II. I. d. R. D.

§. CXXXVII. Filiis est vel principalis, vel minus principalis; Principalis, ut per illud auctorium Dominum nobis acquiramus.

§. CXXXVIII. Minus principalis est, ut inserviat rei oeconomicae, & lautiorem & commodiorem vietum nobis praebat, nonnunquam etiam sanitati conduceat.

§. CXXXIX. Appellatione autem avium venit omnis volucris, quae ova parit, & pennis decorata est, & vel ab aviis dicitur, i. e. locis solitariis, quibus aves delectantur. Unde Cic. ad Herenn. Avium dulcedo ducit ad avium.

§. CXL. Hinc avibus legatis, anseres, phasiani & gallinæ sylvestres & aviaria, i. e. gabiæ, ubi stant aves, debentur, si testator talia habeat, alias secus. Phasianarii autem, i. e. servi, qui sciunt artificia capiendi aves, & pastores anserum non continentur, nisi id testator expresserit. l. 66. ff. d. Legat.

3. Sebastian. Medic. part. i. in prefat. n. 29. Mor. in pr. n. 27. Notandum tamen hic, quod volucres tantum sint, quae volare possunt, unde apes, vel scæ, muscæ, & aliæ volucres sunt, non tamen aves.

G

§. CXLI.

§. CXLI. Loquimur hic de avibus feris, nām in iis avibus, quæ natura quidem fera sunt, sed si contra naturam arte & industria hominum circu-  
rata facta sint, ut consuetudinem commeandi, re-  
meandi, sive accedendi, sive recedendi à nobis ob-  
tineant, cujusmodi sunt Apes, Pavones, Colum-  
bæ. In quibus comprobata est talis Regula, ut eo  
usque nostra esse intelligantur, donec animum re-  
vertendi habeant, sed si desierint haberi, & in liber-  
tatem naturalem se receperint, tum demum occu-  
pantis fiunt.

§. CXLII. Hinc de iis bestiis arte circu-  
atis & reliquis sua natura quidem feris, abire tamen  
& redire consuetis, ut sunt columbae & anseres, quæ-  
ritur: An quis citra furti crimen capere possit? &  
quod non possit, nisi revertendi animum exuerint,  
apparet ex §. 14. & seqq. Notandum hic, pavo-  
nes indifferenter inter feras recenseri. l. 5. §. 2. &  
seqq. ff. d. A. R. D. §. 15. I. d. R. D. non considerato  
eo, quod etiam mansueti sint pavones. l. 37. ff. d.  
*furt.*

§. CXLIII. Quando revertendi consuetu-  
do præsumi debeat, jure definitum non reperitur,  
sed in mero facto consistit, proinde ex certis signis  
pro ratione circumstantiarum judicis arbitrio re-  
lin-

linquendis, dijudicanda erit. l.1. §. ult. ff. d. jur. de-  
lib. l.137. §. 2. ff. d. V. O. l.1. §. 1. ff. d. Effract. Pruck-  
mann. in tract. d. Regal. §. venatio. c. 2. n. 25.

§. CXLIV. Si autem intercepta fuerint ab  
aliquo, aut saltem à revertendi consuetudine ine-  
scationibus & arte, vel fraude averfa, in eum actio  
furti competit: cum etiam nec nuda spes reverten-  
di, quam habet Dominus in animalibus mansue-  
factis, ei inverti debeat. l.8. §. 1. ff. fam. ercisc. l.37.  
ff. d. furt. Sebast. Med. part. 2. q. 37.

§. CXLV. Furtum autem quod hic com-  
mittitur, non ex quantitate, sed affectu furandi at-  
stimator. c. ult. causa 14. q. ult. In puniendo enim  
qualitas consideratur, maxime in Jur. Sax. ex §. si  
quis quinque solidos. d. pac. tenend. constit. 32. cum  
mult. seqq. part. 4. quo facit Landrecht. l.2. art. 29.  
ibi gloss. in fin. Ich sage dir, daß einer den andern  
umb einen Pfennig beklagen mag. Reproba-  
tur tamen hoc, nisi hoc calu quis propter necessita-  
tem & famem faciat. Cagnolus in l. que propter ne-  
cessitatem. ff. d. R. I. Gothofr. Et Schneid. ad d. §. I.  
de rerum divisione.

§. CXLVI. An vero ille, qui columbas al-  
terius in lylvis vel campis caperit, quam qui surri-  
pit, de columbario, idque propter damnum, quod

inferunt frugibus, teneatur? Negamus. d. l. *Sebast. Med.* Unde columbas in invitatis vicinis habere illicitum est, nisi de suo alat. Licet aliud de consuetudine obseretur. *Sebast. Med.* p. 1. q. 7. n. 4. & 5.

§. *CXLVII.* De Jure Saxonico: Si gallinæ in alicujus domum involaverint, vel arcam alienam, & ibi damnum dederint, poterit ille, cui hoc damnum infertur, illas capere, eisque alas amputare, & postea domum remittere. *Weichbild artic.* 127. *ubi subjicit gloss.* Wann er sie erschlegt, muß er das Hun gelten mit seinem gesetzten Wehrgeld, das ist ein halber Pfennigl, b. e. Schilling-Pfennig, uti Schnied. explicat, seyn 8. Pfennige.

§. *CXLVIII.* Ventilatur & illud: Si inter aucupandum alicui Falco, juncis sonaleis pedibus, evadat, an is occupantis fiat, an vero priori Domino sit restituendus? Et Domino restitendum putamus, per l. 44. §. 1. ff. d. furt. *Sebast. Med.* p. 2. q. 38. *Georg. Mor.* p. 1. c. 8. n. 19.

§. *CXLIX.* Quod si vero Falco ratione cibi interierit, tenetur capiens actione in factum ad damnum, quod ea ratione damno Falconis factum est. l. 7. §. 6. ff. d. L. *Aquil.* *Georg. Mor.* d. tr. p. 1. c. 8. num. 20.

§. *CL.*

§. CL. Tandem qui jure aucūpandi turbatur, vel interdicto uti possidetis, experiri potest.  
*l. 8. §. 6. vers. dicit igitur. in fin. ff. si servit. vind. l. 1.*  
 §. fin. in fin. ff. d. aqu. pluv. arcend. l. pen. ff. d. Servit.  
 gloss. in l. 14. in verbo certam. ff. eod. tit. gloss. in l. no-  
 tab. in l. 3. verbo impediri. ff. d. aqu. pluv. arcend.  
 Vel actione confessoria, quæ datur contra quem-  
 cunque possessorem, turbantem vel impedientem  
 aliquem in servitute vel jure. l. 2. l. 10. §. fin. ff. si ser-  
 vit. vindic. d. l. 1. §. fin. ubi gloss. in verbo quasi. ff. d.  
 aqu. pluv. arcend. §. aque. I. de Act.

### III. M E M B R V M.

## DE I V R E P I S C A N D I.

### §. CLI.

**E**t denique sequitur Occupatio, quæ versatur  
 circa animalia in mari & aqua viventia, & in  
 specie vocatur Piscatio.

§. CLII. Omnia autem animalia degen-  
 tia in aquis generali nomine dicuntur aquatilia,  
 nam alia corio & pilis teguntur, ut vituli marini,  
 alia corio tantum, ut Delphini, alia cortice, ut te-  
 studines, alia silicium duritia, ut ostreæ & conchæ,

G 3

alia

alia crustis, ut locustæ, alia crustis & spinis, ut Echini, alia squamis, ut pisces. Plin. lib. 9. c. 12. Georg. Mor. in pr. n. 31.

§. CLIII. Est autem piscatio captura libera piscium, & ubique licita. §. 12. I. d. R. D. VV. senb. in ff. d. A. R. D. n. 7.

§. CLIV. Nam & pisces non solum, quos in mari cepimus, sed & eos, quos in stagno nae-  
sumus, nostros facimus per occupationem seu pi-  
scationem, cum pisces, qui sunt in stagno, & lacu-  
non possideantur a Dominis, sed in libertate natu-  
rali relieti sunt.

§. CLV. Atque hinc (cum usus fluminis  
publici jure gentium communis sit. l. 5. ff. d. R. D. §.  
2. & 3. f. eod. l. 1. §. 12. ff. d. flumin. cum similib. ideo-  
que piscari in eo liceat, d. §. 2. I. ut injuriarum te-  
neatur piscari prohibens. l. 13. §. ult. ff. d. injur.)  
non possunt plicationes aliis prohiberi. Zonian. d.  
dupl. venat. jur. n. 93.

§. CLVI. Fallit I. Quando jus piscandi est  
privatum, & Princeps vel Civitas vendidit alicui  
certam piscariam in loco certo fluminis, sicut in  
plerisque consuetudine introductum est, ut nemini  
privatorum liceat piscari in fluminibus publicis,  
nisi in iis solis, quibus hoc a Magistratu concessum  
est,

255

est, de quo Jacobin. de S. Georg. in tract. Feud. Zoa.  
nett. d. n. 93. in fin.

§. CLVII. II. Non procedit, quando flu-  
men est privatum sive proprium alicuius, quia tunc  
ei, cuius est, licet piscari & non aliis. d. l. 13. §. ult.  
ff. d. injur.

§. CLVIII. III. Non procedit, si quis præ-  
scripsisset, ut solus piscaretur in loco fluminis. per  
gloss. & Dd. hic super verbo omnib. ut quia solus,  
quis in diverticulo fluminis piscatus est, & alios ibi  
piscari volentes prohibuit, quia acquiverunt pro-  
hibitioni: nam tunc à die prohibitionis constituā-  
tur in quasi possessione istius juris, & accedente le-  
gitimo tempore ad præscriptionem requisito, illud  
jus prælerabit. Schneid. §. 2. I. d. rer. div. n. 9. l. 7. d.  
divers. & tempor. præscript.

§. CLIX. Quodnam tempus ad hujusmodi  
præscriptionem requiratur? quæstionis erit. Nos  
tempus immemoriale requiri putamus. c. super  
quibusdam. §. præterea. d. V. S. Schneid. in d. §. 2. f.  
n. 9. Sixtin. d. Regal. lib. 2. c. 18. n. 17.

§. CLX. An autem pescationem prohibe-  
re possint, in publicis locis, Principes? queritur.  
Et nisi justissima causa adsit, hoc non posse. Schra-  
der. d. jur. incorpor. §. 25. n. 19. & 20. Heig. q. 15. n.  
18. Note

18. Noë Meurer. d. venat. part. 2. Zoanett. d. l. num.  
93. Schneid. d. l. n. 9. putant.

§. CLXI. In alieno vero piscari omnino licitum non est: quod tamen secus in yenatione, de quibus supra dictum fuit. Si vero fundus alienus inundatus esset à flumine, & istuc pisces aqua apportasset, tunc eos ibi piscari licitum cuivis foret. l. 15. ibique gloss. ff. d. act. empt. l. 62. §. 1. ff. d. usfr. l. 44. ff. d. R. V. Sebæst. Medic. p. 2. q. 23.

§. CLXII. Pisces regulariter ejus esse, qui cœpit, non vero ejus, qui retia extendit: secus tamen est in iis piscibus, qui in piscinis vivunt, nam ii, cum à privatis possideantur, ac data opera ac industria hominum in eos conjiciantur, non fiunt occupantium. l. 3. §. 14. ff. de acquirend. vel omitt. possess.

§. CLXIII. Quæstio non adeo inutilis inter DD. controvertitur: An pisces, quemadmodum & feræ & volucres inter mobilia vel immobilia sint numeranda? De quibus late Sebæst. Medic. p. 1. qu. 17.

§. CLXIV. Circa Piscationem illud notandum est, debere quem ea uti bona fide, maxime si titulo conductionis piscationem habeat, & hinc vel omnibus illis modis abstinendum, quibus vel

vel omnes vel magna pars piscium tolleretur. l. 1. d.  
usfr. & quemadmodum. l. 25. ff. loc. conduct.

**§. CLXV.** Hinc pisces cum esca, qua occiduntur, in magna copia omnino capi prohibatum est. *Georg. Mor. part. 1. c. 2. num. 46.*

**§. CLXVI.** Forma Piscationis varia est, alia enim sunt retibus, fagenis, gargustiis, alia hamis & jaculis. *Georg. Mor. in princ.* Finis cum effetu fere coincidit.

Et hæc pro Synoptica instituti ratione & ingenii tenuitate de fructuosa Venationum materia veritatis & exercitii studio differuisse sufficiat. Fauxit Summus ille Jehova, ut hæc omnia in nominis sui gloriam & proximorum monumentum cedant.

**SOLI DEO GLORIA.**



H

CO.

## COROLLARIA.

### I.

An jus Foresti seu jurisdictionis sylvatica inter jurisdictionis species referenda? N.

### II.

An Princeps, qui jus Venandi certo in territorio vel districtu aliqui concessit, etiam jus Aucupandi & Piscandi dedisse, censeatur? Negatur.

### III.

An Subditi à Domino vel Superiori suo jure cogi possint ad operas in Venationibus exhibendas? Distingv.

### IV. In-

IV.

Inter Venationem, seu jus Vennandi, & inter Forestam, seu jus Forestæ vel Foresti (utrumque enim usu receptum est) discrimen esse statuimus.

V.

An, si aliquis alias ex legitima concessione vel præscriptione flu-  
men habens, alii illud in feudum contulerit, jus etiam piscandi, &  
pisces hac infeudatione compre-  
hensi censeantur? Affirm.

VI.

An jus Lutras seu Castores ca-  
piendi spectet ad jus Venationis &  
Nemoris, an vero ad jus piscatio-  
nis? Posterius affirm.

F I N I S.

1. V. 2. V. 3. V. 4. V. 5. V.

6. V. 7. V. 8. V. 9. V. 10. V.

11. V. 12. V. 13. V. 14. V. 15. V.

16. V. 17. V. 18. V. 19. V. 20. V.

21. V. 22. V. 23. V. 24. V. 25. V.

26. V. 27. V. 28. V. 29. V. 30. V.

31. V. 32. V. 33. V. 34. V. 35. V.

36. V. 37. V. 38. V. 39. V. 40. V.

41. V. 42. V. 43. V. 44. V. 45. V.

46. V. 47. V. 48. V. 49. V. 50. V.

51. V. 52. V. 53. V. 54. V. 55. V.

56. V. 57. V. 58. V. 59. V. 60. V.

61. V. 62. V. 63. V. 64. V. 65. V.

66. V. 67. V. 68. V. 69. V. 70. V.

71. V. 72. V. 73. V. 74. V. 75. V.

76. V. 77. V. 78. V. 79. V. 80. V.

81. V. 82. V. 83. V. 84. V. 85. V.


86. V. 87. V. 88. V. 89. V. 90. V.

91. V. 92. V. 93. V. 94. V. 95. V.

96. V. 97. V. 98. V. 99. V. 100. V.

3. P. M. I. V.






**ULB Halle**  
003 770 125


3



f  
Sb

b012





DISSERTATIONEM IURIS PUBLICI.

D E

# IVRE VENANDI, AVCVPANDI ET PISCANDI,

## GERMANIS:

## Von Wild= Vogel= Fischfang = und Forst = Rechten, auch wie man und wer sich dessen anzumessen befugt.



P R A E S I D E

GOTHOFREDO FIBIGIO,  
APVD IENENSES ANTEHAC ICTO CELEBERRIMO,

D. XVI. AVG. CICICIS CICICIS

H A B B I T  
G O D O F R E D V S S C H E F F E R,  
G O R L I C I V S.



# I E N A E,

EX OFFICINA HELLERIANA, 1756.